

375 Nemo sanus iudicare aliter potest, nec nos aliquam otiosam subtilitatem hic affec-
 (254) tamus, ut divellamus fructus a iustitia cordis, si tantum adversarii concesserint, quod
 fructus propter fidem et mediatorem Christum placeant, non sint per sese digni
 376 gratia et vita aeterna. Hoc enim reprehendimus in adversariorum doctrina, quod
 (255) talibus locis scripturae seu philosophico seu iudaico more intellectis abolent iusti- 55
 tiam fidei et excludunt mediatorem Christum. Ex his locis ratiocinantur, quod haec

¹⁾ CR 27, 100.

²⁾ f. o. S. 210, 33 ff. 213, 42 ff. 220, 39.

opera mereantur gratiam, alias de congruo, alias de condigno, cum videlicet accedit dilectio, id est, quod iustificent et, quia sint iustitia, digna sint vita aeterna. Hic error manifeste abolet iustitiam fidei, quae sentit, quod accessum ad Deum habeamus propter Christum, non propter opera nostra, quae sentit nos per pontificem et mediatorem Christum adduci ad patrem et habere placatum patrem, ut supra satis dictum est. Et haec doctrina de iustitia fidei non est in ecclesia Christi negligenda, 377 quia sine ea non potest officium Christi conspici, et reliqua doctrina iustificationis (256) tantum est doctrina legis. Atqui nos oportet retinere evangelium et doctrinam de promissione propter Christum donata.

Wir suchen hie nicht ein unnötige Subtilität, sondern es hat große Ursache, warum man in diesen Fragen ein gewissen Bericht muß haben. Denn alsbald, wenn man den Widersachern zuläßet, daß die Werk das ewige Leben verdienen, bald spinnen sie diese ungeschickte Lehre daraus, daß wir vermügen Gottes Gesetz zu halten, daß wir keiner Barmherzigkeit bedürfen, daß wir für Gott gerecht sein, das ist, Gott angenehm durch unsere Werke, nicht um Christus willen, daß wir auch opera supererogationis¹ und mehr tun können, denn das Gesetz erfordert. Also wird denn die ganze Lehre vom Glauben gar unterdrückt. Soll aber ein christliche Kirche sein und bleiben, so muß je die reine Lehre von Christo, von Gerechtigkeit des Glaubens erhalten werden. Darum müssen wir solche große pharisäische Irrtum anfechten, damit wir den Namen Christi¹ und die Ehre des Evangelii und Christi erretten und den christlichen Herzen ein rechten, beständigen, gewissen Trost erhalten. Denn wie ist es möglich, daß ein Herz oder Gewissen könne zu Ruhen kommen oder die Seligkeit hoffen, wenn in Anfechtungen und Todesängsten für Gottes Urteil und Augen unsere Werk so gar zu Staub werden, wo es nicht durch Glauben des gewiß wird, daß wir selig werden aus Gnaden um Christus willen, nicht um unser Werk, um unser Erfüllung des Gesetzes. Und freilich S. Lorenz, da er auf dem Rost gelegen und um Christus willen gemartert² ist nicht also gesinnet gewesen, daß das selbige sein Werk Gottes Gesetz vollkommenlich und rein erfüllet, daß er ohne Sünde wäre, daß er des Mittlers Christi oder der Gnade nicht dürfet. Er hats freilich bleiben lassen bei dem Wort des Propheten Davids: „Du wollest nicht in Gericht gehen, Herre, mit deinem Knechte zc.“ S. Bernhardus hat auch nicht gerühmet, daß seine Werke würdig wären des ewigen Lebens, da er spricht: „Perdite vixi, ich habe sündlich gelebt zc.“ Doch richtet er sich getrost wieder auf, hältet sich an die Verheißung der Gnade und gläubet, daß er um Christus willen Vergebung der Sünde habe und das ewige Leben, wie der Psalm sagt: „Wohl denen, welchen die Sünde vergeben sein“, und Paulus zu den Römern am 4.: „Dies ist des Menschen Seligkeit, wenn ihm die Gerechtigkeit wird zugerechnet ohne Werke.“ So sagt nu Paulus, der sei selig, welchem die Gerechtigkeit wird zugerechnet durch den Glauben an Christum, ob er gleich kein gute Werke getan hat. Das ist der rechte beständige Trost, welcher in Anfechtungen bestehet, damit die Herzen und Gewissen können gestärkt und getröstet werden, nämlich daß um Christus willen durch den Glauben uns Vergebung der Sünde, Gerechtigkeit und ewiges Leben geben wird. Wenn nu die Sprüche, so von Werken reden, dermaß verstanden werden, ¹ daß sie den Glauben mitbegreifen, so sind sie gar nichts wider diese Lehre. Und man muß allzeit den Glauben mitbegreifen, damit wir den Mittler Christum nicht ausschließen. Dem Glauben aber folget Erfüllung des Gesetzes; denn der heilig Geist ist da, der macht ein neu Leben. Das sei gnug von diesem Artikel.

Non igitur litigamus in hoc loco de parva re cum adversariis. Non quaerimus otiosas subtilitates, cum reprehendimus eos, quod docent vitam aeternam mereri operibus, omitta hac fide, quae apprehendit mediatorem Christum. Nam de hac fide, quae credit nobis patrem propitium esse propter Christum, nulla apud scholasticos syllaba exstat. Ubique sentiunt, quod simus accepti, iusti propter opera nostra vel ex ratione facta vel certe facta inclinante illa dilectione, de qua dicunt. Et tamen habent quaedam dicta, quasi apophthegmata³ veterum auctorum, quae depravant interpretando. Iactatur in scholis, quod bona opera placeant propter gratiam, et quod sit confidendum gratiae Dei. Hic interpretantur gratiam habitum, quo nos diligimus Deum, quasi vero voluerint dicere veteres, quod debeamus confidere nostra dilec-

¹) f. o. S. 119 Anm. 2.
Sanct. Aug. II, 485 ff.

²) Römischer Diakon, der 258 das Martyrium erlitt. Acta
³) kanonische Aussprüche.

tione, quae quam sit exigua, quam sit immunda, certe experimur. Quamquam hoc mirum est, quomodo isti iubeant confidere dilectione, cum doceant nesciri, utrum adsit¹. Cur non exponunt hic gratiam misericordiam Dei erga nos? Et quoties mentio huius fit, addere oportebat fidem. Non enim apprehenditur nisi fide promissio misericordiae, reconciliationis, dilectionis Dei erga nos. In hanc sententiam recte dicerent confidendum esse gratia, placere bona opera propter gratiam, cum fides gratiam apprehendit. Iactatur et hoc in scholis, valere bona opera nostra virtute passionis Christi. Recte dicitur. Sed cur non addunt de fide? Christus enim est propitiatio, ut Paulus ait, per fidem. Cum fide eriguntur pavidae conscientiae et sentiunt peccata nostra deleta esse morte Christi et Deum nobis reconciliatum esse propter passionem Christi, tum vero prodest nobis passio Christi. Si omittatur doctrina de fide, frustra dicitur opera valere virtute passionis Christi.

Et plerasque alias sententias corrumpunt in scholis, propterea quia non tradunt iustitiam fidei, et fidem intelligunt tantum notitiam historiae seu dogmatum², non intelligunt hanc virtutem esse, quae apprehendit promissionem gratiae et iustitiae, quae vivificat corda in terroribus peccati et mortis. Cum Paulus inquit: Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem. Hic fateri adversarios existimamus, quod confessio ex opere operato non iustificet aut salvet, sed tantum propter fidem cordis. Et Paulus sic loquitur, quod confessio salvet, ut ostendat, qualis fides consequatur vitam aeternam, nempe firma et efficax fides. Non est autem firma fides, quae non ostendit se in confessione. Sic cetera bona opera placent propter fidem, sicut et orationes ecclesiae rogant, ut omnia sint accepta propter Christum. Item petunt omnia propter Christum. Constat enim semper in fine precationum addi hanc clausulam: per Christum Dominum nostrum³. Ideo concludimus, quod fide iustificemur coram Deo, reconciliemur Deo et regeneremur, quae in poenitentia apprehendit promissionem gratiae et vere vivificat perterritam mentem, ac statuit, quod Deus sit nobis placatus ac propitius propter Christum. Et hac fide ait Petrus nos custodiri ad salutem, quae revelabitur. Huius fidei cognitio christianis necessaria est et uber-
rimam affert consolationem in omnibus afflictionibus et officium Christi nobis ostendit, quia isti, qui negant homines fide iustificari, negant Christum mediatorem esse ac propitiatorem, negant promissionem gratiae et evangelium. Tantum docent aut doctrinam rationis aut legis de iustificatione. Nos, quantum hic fieri potuit, ostendimus fontes huius causae et exposuimus ea, quae adversarii obiciunt. Quae quidem facile diiudicabunt boni viri, si cogitabunt, quoties citatur locus de dilectione aut operibus, legem non fieri sine Christo, nec nos ex lege, sed ex evangelio, hoc est, promissione gratiae in Christo promissae iustificari. Et speramus hanc, quamvis brevem, disputationem bonis viris ad confirmandam fidem, ad docendam et consolandam conscientiam utilem futuram esse. Scimus enim ea, quae diximus, consentanea esse scripturis prophetis et apostolicis, sanctis patribus, Ambrosio, Augustino et plerisque aliis et universae ecclesiae Christi, quae certe confitetur Christum esse propitiatorem et iustificatorem.

Consequenter tradition

Nec statim censendum est Romanam ecclesiam sentire, quidquid papa aut cardinales aut episcopi aut theologi quidam aut monachi probant. Constat enim pontificibus magis curae esse dominationem suam, quam evangelium Christi. Et plerosque compertum est palam Epicuraeos esse. Theologos constat plura ex philosophia admiscuisse doctrinae christianae, quam satis erat. Nec auctoritas horum videri debet tanta, ut nusquam dissentire a disputationibus eorum liceat, cum multi manifesti errores apud eos reperiantur, ut quod possimus ex puris naturalibus Deum super omnia diligere⁴. Hoc dogma peperit alios errores multos, cum sit manifeste falsum. Reclamant enim ubique scripturae, sancti patres et omnium piorum iudicia. Itaque, etiamsi in ecclesia pontifices aut nonnulli theologi ac monachi docuerunt remissionem peccatorum, gratiam et iustitiam per nostra opera et novos cultus quaerere, qui obscuraverunt Christi officium, et ex Christo non propitiatorem et iustificatorem, sed tantum legislatorem fecerunt: mansit tamen apud aliquos pios semper

¹) Vgl. S. 184, Anm. 1.

²) Fides informis im Gegensatz zur fides caritate formata

³) P. Schorlemmer, Die Kollektengebete. 1928, S. 24 ff.

⁴) S. 184, Anm. 1

und die S. 74 Anm. 2 und 149 Anm. 1 genannten Stellen.

cognitio Christi. Porro scriptura praedixit, fore ut iustitia fidei hoc modo obscurare- 393
 tur per traditiones humanas et doctrinam operum. Sicut Paulus saepe queritur¹ (272)
 tunc quoque fuisse, qui pro iustitia fidei docebant homines per opera propria et
 proprios cultus, non fide propter Christum reconciliari Deo et iustificari, quia
 homines naturaliter ita iudicant Deum per opera placandum esse. Nec videt ratio 394
 aliam iustitiam quam iustitiam legis civiliter intellectae. Ideo semper extiterunt in (273)
 mundo, qui hanc carnalem iustitiam solam docuerunt, oppressa iustitia fidei, et tales
 doctores semper existent etiam. Idem accidit in populo Israel. Maxima populi pars 395
 sentiebat se per sua opera mereri remissionem peccatorum, cumulabant sacrificia (274)
 et cultus. Econtra prophetae, damnata illa opinione, docebant iustitiam fidei. Et res
 gestae in populo Israel sunt exempla eorum, quae in ecclesia futura fuerunt. Itaque 396
 non perturbet pias mentes multitudo adversariorum, qui nostram doctrinam impro- (275)
 bant. Facile enim iudicari de spiritu eorum potest, quia in quibusdam articulis adeo
 perspicuam et manifestam veritatem damnaverunt, ut palam appareat eorum im-
 pietas. Nam et bulla Leonis X. damnavit articulum maxime necessarium, quem omnes 397
 christiani teneant et credant, videlicet non esse confidendum, quod simus absoluti (276)
 propter nostram contritionem, sed propter verbum Christi: Quodcunque ligaveris Matth. 18, 19.
 etc.² Et nunc in hoc conventu auctores confutationis damnaverunt apertis verbis 398
 hoc, quod fidem diximus partem esse poenitentiae, qua consequimur remissionem (277)
 peccatorum et vincimus terrores peccatorum et conscientia pacata redditur³. Quis
 autem non videt hunc articulum, quod fide consequamur remissionem peccatorum,
 verissimum, certissimum et maxime necessarium esse omnibus christianis? Quis
 ad omnem posteritatem, audiens talem sententiam damnatam esse, iudicabit auctores
 huius condemnationis ullam Christi notitiam habuisse?

25 Et de spiritu eorum coniectura fieri potest ex illa inaudita crudelitate, quam con- 399
 stat eos in bonos viros plurimos hactenus exercuisse. Et accepimus in hoc conventu (278)
 quendam reverendum patrem in senatu imperii, cum de nostra confessione sententiae
 dicerentur, dixisse nullum sibi consilium videri utilius, quam si ad confessionem,
 quam nos exhibuissemus atramento scriptam, sanguine rescriberetur. Quid diceret
 crudelius Phalaris⁴? Itaque hanc vocem nonnulli etiam principes iudicaverunt indi- 400
 gnam esse, quae in tali consessu diceretur. Quare etiamsi vindicant sibi adversarii
 nomen ecclesiae, tamen nos sciamus ecclesiam Christi apud hos esse, qui evangelium (279)
 Christi docent, non qui pravas opiniones contra evangelium defendunt, sicut inquit Joh. 10, 27.
 Dominus: 'Oves meae vocem meam audiunt. Et Augustinus ait: Quaestio est, ubi M 152
 sit ecclesia? Quid ergo facturi sumus? In verbis nostris eam quaesituri sumus, an in
 35 verbis capitis sui, Domini nostri Iesu Christi? Puto, quod in illius verbis quaerere
 debemus, qui veritas est et optime novit corpus suum⁵. Proinde non perturbent nos
 iudicia adversariorum, cum humanas opiniones contra evangelium, contra auctori-
 tatem sanctorum patrum, qui in ecclesia scripserunt, contra piarum mentium te-
 40 stimonia defendunt.

<Art. VII. et VIII.> De Ecclesia.

Septimum articulum confessionis no-
 strae damnaverunt⁶, in quo diximus Ec-
 clesiam esse congregationem sancto-
 45 rum. Et addiderunt longam declama-
 tionem, quod mali non sint ab ecclesia
 segregandi, cum Iohannes comparaverit
 ecclesiam areae, in qua triticum et paleae
 simul coacervatae sint, et Christus com-
 50 paraverit eam sagenae, in qua pisces

<Art. VII. und VIII.> Von der Kirchen.

Den siebenten Artikel unsers Bekenntnis, 1
 da wir sagen, daß die christliche Kirche sei
 die Versammlung der Heiligen, verdammen
 die Widersacher und führen weitläufig Ge-
 schwätz ein, daß die Bösen oder Gottlosen
 von der Kirchen nicht sollen gesondert wer-
 den, dieweil Johannes der Täufer die Kir-
 chen vergleicht einem Tennen, in welchem Matth. 3.
 Korn und Spreu bei einander liegen, item 12.

vyl Eph!

¹) Gal. 4, 9, 5, 7. Kol. 2, 8, 16 f. 1. Tim. 4, 2 f.
 Domine) 11. Mirbt, Quellen⁴ S. 257 35.

⁴) Wegen seiner Grausamkeit berühmter Tyrann von Agrigag (Agrigent) in Sizilien um
 560 v. Chr. ⁵) Ep. ad cath. contra Donatistas (De unitate ecclesiae) VI 15, 2. MSL 43,
 392. CSEL 52, 232, 23 ff. ⁶) Septimum confessionis articulus, quo affirmatur, eccle-
 siam congregationem esse sanctorum non potest citra fidei praeiudicium admitti, si per
 hoc segregentur ab ecclesia mali et peccatores. Conf. CR 27, 102 f.

²) Errores Lutheri (Bulle Exsurge
 Conf. zu Art. XII. CR 27, 110 f.)